Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Simplicio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

perturbabat perfidus. quorum portenta divino fretus praesidio mox ut ingressus est redegit in pulverem. Ob hoc liquidas maris inundas longius aequore protractus, Angliam numeris famulantibus solida inter fluctus vestigia praefigebat. O felix et inclitus domini praesulator qui mundi congressus principe in immutabilite ipsius institutione vitae sociavit et est. O magnum et ineffabilem sacramentum ut de illorum potius salute laetetur ecclesia quos perisse mundus exultat. O beata martyrum suorum glorificata tormentis quos non planctu et gemitu ad inferna deducit sed ad caelestia eorum migrantes perpetua laude prosequitur. O testis fragrantissime nitore caelesti fulgidae est inaestimabilis odor Sabaeis praepollet aromatibus. Quem Ambrosius repperiens plenius dedit pactum et medicum fidei propugnatorem, sacerdotem plurium bellatorem.

De sancto Felice de nomine

Felix loco Liberii in papam eligitur et ordinatur. Cum enim Liberius papa vellet arrianae haeresi assentire missus est in exilium a Constantino filio Constantini et ibi per triennium moratus est. Qua propter universus clerus romanus loco eius Felicem ordinavit. Qui quidem Felix concilio convocato quadraginta et octo episcoporum Constantium imperatorem arrianum et haereticum et duos presbyteros eius consequentes condempnavit. Qua propter Constantius indignatus Felicem de episcopatu suo deiecit et Liberium eo pacto revocavit ut cum solum in Constantino et aliis quos Felix dampnaverat communicaret. Liberius igitur taedio affectus exilii haereticae pravitati subscripsit et sic tanta persecutio exorta est ut quam plurimi sacerdotes et clerici Liberio non prohibente intra ecclesiam necarentur. Felix vero de episcopatu suo eiectus cum in praedio suo habitaret, ibi eductus martyrium capitis obtruncatione percepit circa annos domini CCCXL.

De sancto Simplicio [illegible]

Simplicius et Faustinus fratres cum sacrificare contempnerent sub Dyocletiano imperatore multa passione supplicia pertulerunt. Tandem data sententia decollati sunt et in Tyberim corpora eorum proiecta sunt. Soror autem eorum nomine Beatrix corpora eorum de flumine levavit et honorifice sepelivit. Lucretius autem praefectus dum praedium eius ambiret eam tenuit, fecit et ut ydolis immolaret praecepit. Quam renuentem Lucretius noctu a servis suis praefocari fecit. Cuius corpus Lucina virgo rapiens iuxta fratres suos sepelivit. Post haec Lucretius praedium ipsorum intravit. Ubi festum amicis suis agens cum mulieribus insultaret martyribus, infantulus quidam lactens pannis involutus de gremio matris qui ibi aderat cunctis audientibus exclamavit: Audi Lucreti. Occidisti et invasisti, ecce datus es in possessionem inimici. Statimque Lucretius tremens ac tremulus a daemone arripitur et per tres horas ab eo vexatur ut in ipso convivio moreretur. Quod audientes qui aderant ad fidem conversi sunt et narrabant omnibus passionem sanctae Beatricis virginis in convivio vindicatam. Passi sunt autem circa annos domini CCLXXXVII.

De sancta Martha hospita domini

Martha hospita Christi ex patre Syro, matre Eucharia, regali progenie descendit. Pater cuius Syriae et maritimae multarumque regionum dux extitit. Tria autem castella scilicet mag-

dalū ⁊ bethaniā utrāq; ⁊ ierosolim
tane urb p̄tē martha cū sorore iure
materne hereditatis possidebat. sicut
q̄ autē legit̄ uirum habuisse aut ho
minū ɔsortiū subisse. ministrabat
autē dn̄o nobilis hospita ⁊ sororem
pariter ministrare uolebat q̄r uidebat̄
sibi qḋ ad seruiendū tanto hospiti non
sufficeret ⁊ totus mundus. ¶ Post as
censionē dn̄i cū facta eēt dispsio aplor
ipa cū fr̄e suo lazaro ⁊ sorore sua ma
ria magd. nec cū b̄to maximino q̄ eos
baptizauerat ⁊ cui a spū sc̄o fuerant cō
mendati. multisq; aliis ablatis remis.
velo ⁊ gubnacul. omibz et alimētis
tatibz ab infidelibz [illegible] q̄ dn̄o
duce marsiliā puenerunt. Tandem
territoriū aquēse adeūt ⁊ ibidē ppl̄m ad
fidē ɔuertūt. Erat aūt b̄a martha ualde
facunda ⁊ oībz gratiosa. Erat autē tunc
tp̄is sup rodanū ī nemore qdā arela
tē ⁊ auinionē draco qdā medius ani
mal medius piscis. grossior boue. lo
gior equo hn̄s dentes ut spatas acutos.
utrinq; permunitus. q̄ latens ī flūie
oēs trāseuntes pimebat ⁊ naues sub
mergebat. venerat aūt p mare de ga
latia asye generatus leuiathan q̄ ē ser
pens aquosus ⁊ ferocissim⁹ ⁊ abo
nacho aīal qḋ galacie regio gignit.
q̄ in sectatores suos p spaciū iugis
stercus suū uelud spiculū dirigit ⁊
qcqd tetigit uelud ignis exurit. ad
q̄ martha a pplis rogata accedēs
ipm ī nemore quendā hominē mā
ducantē repiens aq̄ benedictam sr̄
eū iecit ⁊ crucē qndā sibi ostendit q̄
ptinus uictus ut ouis stans a sc̄a mar
tha ppo cingulo alligatur ⁊ illico
a pplo lanceis ⁊ lapidibz pimitur.

Vocabat̄ aūt draco ab incol' tarascu
rus. vn̄ in huius memoriā locus ille ad
huc uocatur tarascō q̄ antea uoca
batur nlluc. i. niger lacus eo q̄ ibi essēt
nemora umbrosa ⁊ nigra. Ibi b̄a mar
tha delicentia maximini sui magri
⁊ sororis sue deinceps remansit ⁊ orō
nibz ⁊ ieiuniis indesinenter uacabat.
Deinde ɔgregato ibidē magno ɔuen
tu sororū ⁊ ad honorē b̄e marie sep
uirginis magna edificata basilica a
spam duxit ibi uitā. Carnē ⁊ omnē
pinguedinē oua ⁊ caseū ⁊ uinum
uitauit semel tm̄ in die edebat. Cen
ties in die totidē in nocte genua flec
tebat. Quadā igr̄ uice dū apud aui
nionē inter urbē ⁊ flumina roda
ni pdicaret. iuuenis qdā ultra flu
uiū ɔsistēs ei uba audire desiderans
cū nauigio careret nudatus nata
re cepit. sz subito aui fluminis in
petu ⁊ ptin⁹ suffocat̄. Cui⁹ corp⁹ uix
scḋa die inuentū an pedes sc̄e mar
the resuscitandū p̄sentat̄. Illa uo
ī modū crucis solo pstrata taliter ad
orauit. Adonay dn̄e ihu xp̄e q̄ frēm
meū dilectū tuū olim resuscitasti.
respice mi hospes care ad fidē cir
cūstantiū ⁊ resuscita puerū istū. Et
apphensa eius manu mox iuuenis
surrexit ⁊ sacrū baptisma suscepit.
¶ Refert eusebius in lib. v. historie
eccl'astice q̄ mulier emorroissa post
q̄ sanata fuit in atria sua siue in
uiridario statuā fecit ad ẏmaginē
xp̄i cū ueste ⁊ fimbria sic ipm uiderat ⁊
eā plurimū reuerebat̄. herbe uo sb illa
statua crescentes q̄ an nulli⁹ erāt
uirtutis. cū fimbriā attingerēt tan
te uirtutis erant ut multi infirmi

iam sanaverit. Illa autem emorissa quam
dominus sanavit Ambrosius dicit fuisse Martham.
Refert autem Ieronimus et habetur in hystoria
tripartita quod Iulianus apostata ymagi-
nem quam emorroissa fecerat in loco sustulit et
suam ibidem locavit que ictu fulminis confrac-
ta fuit. Obitum autem suum ei dominus ante per annum
revelavit itaque toto anno febribus elabo-
ravit. Ante octavum diem sui exitus angelicos
choros sororis sue in celum animam deferen-
tes audivit. Que mox fratrum et sororum con-
ventu congregato ait: Mei conviatores et dul-
cissimi alumpni mihi congratulamini quia
angelicos choros sororis mee animam
ad sedes pollicitas deferentes ovan-
ter cerno. O pulcherrima et mihi dilecta soror
vivas cum magistro tuo et hospite meo
in sede beata. Extemplo beata Martha exitum
suum iam iminentem presentiens suos ammonu-
it ut luminaribus accensis circa se usque
ad obitum vigilarent. Sed nocte media
ante transitus sui diem custodibus sopno
gravatis vehemens ventus irruit et lumi-
na cuncta extinxit. Illa vero maligno-
rum spirituum turbas cernens orare cepit.
Mi pater Hely mi hospes care, congrega-
ti sunt ad devorandum me seductores mei
scripta tenentes mala que gessi. Hely ne
elonges a me, sed in adiutorium meum in-
tende. Et ecce sororem ad se venientem
vidit que manu facem tenens cereos et
lampades inde accendit. Dumque altera al-
teram proprio nomine vocaret, ecce Christus
advenit dicens: Veni dilecta mea
hospita et ubi ego sum illic mecum eris. Tu
me suscepisti in hospicio tuo, et ego te
recipiam in celo meo et invocantes te
exaudiam, exaudiam amore tuo. Appropin-
quante vero hora sui transitus foras de-
ferri se fecit ut celum videre posset, ius-
sitque se in terra super cinerem poni et signum crucis
ante se teneri et interim ita oravit: Hospes
mi care hanc pauperculam tuam custodi,
ut sicut meum dignatus es hospitium sic
me suscipe in hospicio tuo celesti. Ius-
sitque ut passio secundum Lucam coram se lege-
retur. Et cum diceretur: Pater in manus tuas commendo
spiritum meum, illa spiritum emisit. Sequenti vero
die scilicet dominica dum circa corpus eius laudes exsol-
verent circa horam terciam apud Petragoricas
beato Frontoni missam celebranti dominus
apparuit dicens: Dilecte mi Frontone
si vis implere quod olim hospite nostre pol-
licitus es, surge velociter et sequere
me. Quo iussa complente subito ambo in
Tarasconum venerunt et circa corpus eius psallen-
tes totum officium ambo ceteris responden-
tibus peregerunt et corpus eius in sepulchro suis ma-
nibus collocarunt. Verum dum apud Petra-
goricas finitis cantibus dyaconus le-
cturus evangelium benedictionem peteret, episcopum ex-
citavit. Ille vix excitatus ait: Fratres
mei cur me excitastis? Dominus autem Iesus Christus
me ad corpus hospite sue duxit et ipsam
tradidimus sepulture. Dirigite igitur
velociter illuc nuntios qui ibi anu-
lum nostrum aureum et cyrothecas cinericias de-
ferant, quod dum ad corpus sepeliendum me
aptarem sacriste commendavi et ex obli-
vione dimisi, quia tam cito me excitastis.
Missi nuntii invenientes et sicut episcopus dix-
erat invenerunt anulum et solam cyrothe-
cam attulerunt. Aliam vero in huius rei testi-
monium sacrista retinuit. Addiditque
beatus Frontonus dicens: Cum post sepulturam
ab ecclesia exiremus frater quidam illius loci
litteris peritus nos insecutus dominum inter-
rogavit quo nomine vocaretur. Cui ille nil
respondens ostendit ei codicem quem in ma-
nu tenebat apertum in quo nil aliud erat

sepultus est ibi. In memoria eter-
na erit iusta hospita mea ab auditione
mala non timebit in die novissimo. Cum vero
codicem revolveret cunctis foliis reperit
hoc scriptum. Cum autem ad eius tumulum crebra
miracula fierent clodoveus rex francorum
christianus effectus et a sancto remigio bapti-
zatus cum gravi renum pateretur dolore ad eius
tumulum veniens sanitatem integram
reportavit. Quapropter locum illum ditavit
et tum miliarium spacio in gyro existit
quod per totum terram villas et castra dedit.
locumque illum liberum fecit. Marcilla vero eius
famula vitam ipsius conscripsit quae postmo-
dum in sclavoniam pergens et ibi evangelium christi pre-
dicans post decimum annum a dormitio-
ne sancte marthe in pace quievit. De vii.

Machabei. vii. machabeis
Machabei cum matre reverenda et eleazaro
sacerdote qui pro servatione legis cum car-
nes porcinas nollent comedere inaudita
suppliciorum genera pertulerunt sicut in quod
in secundo machabeorum plenius continetur.
Et nota quod ecclesia orientalis festa facit
de sanctis utriusque testamenti. Occidenta-
lis autem non facit festa de sanctis veteris te-
stamenti eo quod ad inferos descenderunt
preterquam de innocentibus eo quod in ipsis
singulis occisus est christus et de machabe-
is. Sunt autem quatuor rationes quare
de istis machabeis ecclesia licet ad infe-
ros descenderint sollempnizet. Pri-
ma est propter prerogativam martyrii. quia
inaudita supplicia illi sancti veteris
testamenti passi sunt. Ideo privilegiati sunt
ut eorum passio in tempore celebretur. Hoc ibi po-
nitur in hystoria scolastica. Secunda est propter rep-
resentationem misterii. Septenarius enim nu-
merus universitatis significativus. In
in istis omnes patres veteris testamenti
celebritate digni. Sed de ipsis non
sollempnizat ecclesia cum quia ad limbum
descenderunt tum quia multitudo novorum
sanctorum intravit. In his tamen vii. impenditur
omnibus reverentiam. quia per vii. ut predictum
est universitas designatur. Tertia
est propter exemplum patiendi. Proponuntur
enim in exemplum fidelibus ut sua con-
stantia ad zelum fidei animentur et
ad patiendum pro lege moysi fidei accin-
gantur. Quarta est propter causam supplicii
sed pro defensione legis evangelice pa-
tiuntur. Has tres ultimas rationes assig-
nat magister iohannes beleth in summa de
officio. Ad vincula sancti petri. [illegible]

Festum sancti petri apostoli quod ad vincula
dicitur quadruplici de causa institutum
fuisse putatur. Scilicet in memoriam liberationis
petri in memoriam liberationis alexandri
pro destruendo ritum gentilium et pro impe-
trando absolutionem spiritualium vincu-
lorum. Prima sic est in memoria libera-
tionis petri. Nam sicut dicitur in hystoria scolastica
herodes agrippa romam adiit et in gratio-
ne positus tyberii cesaris familiarissimus
extitit. Quadam autem die dum esset herodes
in curru et gaio levatis in celum
manibus ait utinam videam mortem
istius senis et te dominum totius orbis. Hanc
auriga herodis audivit et tyberio continuo
intimavit. Quapropter indignatus tyberius
cesar herodem reclusit in carcerem. Unde
dum quadam die iuxta arborem innixus
esset cuius frondibus insidebat bubo unus
de conspectivis peritus in auguriis dixit
ei. Noli timere quia cito liberaberis et in tan-
tum sublimaberis quod amicos tuos in invi-
diam concitabis et in hac prosperitate
morieris. Quam cito autem huius generis ani-
mal sic [illegible] videris illum quinque dierum